

eamdem puritatem bonitatemque habent, sed levioris ponderis; vel idem cum prioribus pondus habent, sed plus inferioris metalli singulis mistum est.

(53. Notandum secundo est externam nummorum bonitatem consistere in valore, qui imponitur publica auctoritate materiæ publicæ signatæ, ea mente, ut perpetuus stabilisque sit. (54. Quo fit, ut usum dominiæque pecuniæ non tam ex substantia, quam quantitate præbere intelligatur, imo non amplius corpus, et æstimatio illa publica deinceps spectanda sit, per quam pecuniæ corpora semel æstimata omnem in posterum aliam respuunt privalam æstimationem, omniaque æstimant.

(55. Notandum tertio, mutari aliquando externum valorem ipsius materiæ, scilicet auri, argentique, per usum atque commercia hominum aucto rudis auri aut argenti pretio, et ita quidem ut pari proportionem non surgat æstimatio utriusque metalli, ex quo nummus constat, sed magis auri, quam argenti, aut vice versa. (56. Ex quo necessario augenda deinde quoque est publica æstimatio nummorum jam cursorum, et eudendorum, etsi materia eorum neque melior, neque major sit.

(57. Notandum ultimo, ita plerumque in rebus publicis, aut regnis bene constitutis externum valorem nummis auctoritate publica solvere, atque etiam oportere imponi, ut cum intrinseca materiæ bonitate conveniat, eique respondeat.

MONIALES (87).

ARTICULUS I.

Moniales quoad ea quæ concernunt puellarum educationem, novitiatum et professionem.

SUMMARYUM.

1. Puellæ educationis gratia recipi possunt in monasteriis monialium.—2. Plures tamen requiruntur conditiones, ut puellæ inibi educandæ recipiantur: et prima conditio est, ut monasterium ad educationem puellas recipere consueverit.—3. Monasterium dicitur solum puellas ad educationem recipere, quando alias in educationem tenet, licet forte modo nullam educandam habeat.—4. Non possunt tamen recipi educandæ in monasteriis convertitarum.—5. Neque in illis monasteriis, in quibus viget prohibitio admittendi puellas ad habitum.—6. Secunda conditio est, quod puellæ habitent in loco separato a dormitorio monialium, et novitiarum, alias monasteria non habentia talem locum separatam pro dictis puellis non possunt eas in educationem recipere.—7. Unde ad hoc iubetur monasterium visitari.—8. Tertia conditio est, quod puellæ educandæ non recipiantur in monasteriis, nisi de expressa licentia sacre congregationis.—9. Et hoc sub pœna violatæ clausuræ.—10. Licentia recipiendi in edu-

(87) Primis Ecclesiæ sæculis fuere virgines, quas *ecclesiasticas* et *canonicas* vocabant, quod licet privatim in paternis ædibus degerent, in canone tamen, seu libris Ecclesiæ notatæ essent, ac peculiari quadam ratione ad episcopi providentiam spectarent. Sed quarto jam sæculo monasticæ virgines in sacra societate viventes, de quibus hic auctor agit, in Ecclesia inveniuntur. Exstat de his Carthaginensis III concilii canon. 53, easque etiam S. Augustinus me-

(58. Hisce notatis, sentio bonitatem internam, et externam nummorum mutatam, ipsamque etiam mutationem valoris metalli, seu materiæ, quæ mutationibus superioribus præbere solet occasionem, cedere lucro, et damno debitoris, maxime mutuarii, obligati ad pecuniam reddendam. Confer. Neostad., *Cur. Holland.*, decis. 37, per tot, et Christin., *Belgicar. decision.*, volum. III, decis. 1, n. 1.

(59. Et ratio est quia, ut notatum est, pecunia, qua talis usum, dominiumque non tam ex substantia, quam quantitate præbet, quæ quantitas ita auctoritate publica definitur, ut illa sola, et nulla alia spectari debeat in expendendo et in commercio inter homines.

(60. Patet hinc errare eos, qui asserunt, mutatam intrinsecam materiæ bonitatem, tempus contractus: mutatus vero extrinseca bonitate, id est valore imposito, tempus solutionis attendendum esse in solutione faciendâ.

(61. Declara tamen, ita procedere quæ diximus, si nulla ex parte debitoris, vel creditoris mora intercesserit. Neostad., *dict. decis. cur. Holland.* 37; Coron., observat. 16, per tot.

(62. Tum declara procedere, nisi pactum sit de solvenda certa moneta in specie. Grot., *Manuduct. ad jurispr. Holland.*, l. III, cap. 10, n. 18 et seq.; Wassenaar, *Pract. judicial.*, c. 11, n. 103.

cationem non conceditur monialibus in particulari, sed solum monasterio in communi.—11. Ordinarius non potest huiusmodi licentiam concedere.—12. Non obstante contraria consuetudine.—13. Obtena licentia sacre congregationis præsentanda est ei, cui directæ fuerit, nec non in propriæ cancellariæ registris recondenda, alias invalida redderetur.—14. In monasteriis regularibus subjectis, obtena licentia sacre congregationis, recipi, et admitti possunt educandæ absque consensu episcopi, et sola licentia superioris regularis; si tamen licentiæ executio sit expresse commissa episcopo, est ei pro executione præstanda.—15. Quarta conditio est, quod puellæ recipiantur de consensu superioris et monialium per secreta suffragia.—16. Qui consensus monialium debet esse majoris partis, non obstante contrario abusu.—17. Dum superior regularis recipit monialium suffragia pro admittenda educandâ, cum eo non assistit vicarius generalis, nec alius ab eo, seu ab episcopo deputatus.—18. Quinta conditio est, quod puellæ non sint supra numerum monasterio præfixum.—19. Non est tamen prohibitum, quod in eodem monasterio accipiantur educandæ plures sorores, quam duæ.—20. Numerus educandarum ita præfigi debet, ut qualibet suum

morat in libro *De moribus Ecclesiæ*, c. 31. Justinam quoque *abbatissam fundatricem sancti loci hujus*, cenobii scilicet alicujus, quæ an. 569 dum annum ageret lxxxv decessit, exhibet lapis a Muratorio divulgatus pag. 429. De antiquis hisce sanctimonialibus, præter Cangium, nonnulla non ita obvia dabit Zaccaria in dissertatione *De veterum Christianarum inscriptionum in rebus theologicis usu*, cap. 8, n. 3.

lectum separatam habeat.—21. Sexta conditio est, quod puella educanda recipiatur sola sine ancilla.—22. Septima conditio est, quod puellæ educandæ utantur vestitu, qui virginali modestiæ, et pudicitie convenit.—23. Octava conditio est, quod puella educanda septimum expleverit annum, nec sit major 25 annis.—24. Puellæ, quæ compleverunt 25 annum, debent a clausura dimitti.—25. Nisi prorogationem obtineant a sacra congregatione.—26. Si autem, completis annis 25 sine obtenta prorogatione, non statim egrediatur, non afficitur excommunicatione, sicuti nec abbatissa, vel priorissa monialium illam retinentes.—27. Nona conditio est, quod puellæ sic introductæ et monasterio non egrediantur, sed ad clausuram ad instar monialium teneantur, et semel egressæ ad illud, vel ad aliud monasterium redire non permittantur absque sacre congregationis licentia, cum egressus huiusmodi expressione, nisi habitum regularem suscipiendi animo essent reversuræ.—28. Ipsæ tamen puellæ egrediendo absque superioris licentia non incurunt excommunicationem violatæ clausuræ.—29. Decima conditio est, quod quolibet semestri pro dictis puellis alimenta in pecunia anticipatè solvantur.—30. Educandæ matrimonium contrahere volentes desponsari debent extra clausuram, in eam amplius non reditura sine licentia Sanctæ Sedis.—31. Imo ordinarius, habita noitia, quod educandæ contraxerint sponsalia, debet eas a clausura dimittere.—32. Si sponsam de licentia sacre congregationis in clausurâ degentem sponsus visitet absque ejusdem sacre cong. facultate, quæ raro conceditur, et multo magis si præfatus sponsus circa monasterium cantet, vel sonet, ipsa sponsa debet a clausura dimitti.—33. Abbatissa, quæ sponsalium instrumentum cum educanda fieri permittit ad crates, deponitur ab officio, voce activa, et passiva privatur.—34. Educandis nubere volentibus liber exitus permitti debet.—35. Ordinarius non debet absque causa relevanti præcipere educandæ, ne contrahat matrimonium sine sua licentia.—36. Matrimonium contractum a puella educanda ad crates monasterii coram testibus, et parochia ecclesiæ parochialis, intra cujus limites situm est monasterium, validum est, etiamsi parochus fuerit alio prætextu vocatus, nisi aliud obstet.—37. Educandæ dimitti debent, si sine facultate speciali receptæ sint ante septimum annum completum, vel si compleverunt annum vigesimum quintum.—38. Neque in hoc dispensare possunt ordinarii.—39. Item dimitti debent puellæ, quæ non solvant alimenta.—40. Item dimitti debent, si detegantur enervumene.—41. Item dimitti debent, si detegantur gravida, et multo magis si pariant.—42. Puellæ, quæ compleverunt annum 25, nequeunt recipi educandæ in monasteriis monialium.—43. Nisi raro ad annum propter causas urgentes, et de licentia sacre congregationis.—44. Modo ultra alimenta donet aliqua monasterio.—45. Nisi quando recipiuntur ad probandum Institutum.—46. Mulieres nuptæ requeunt recipi in monasteriis monialium de licentia ordinarii.—47. Illæ autem, quæ sunt in discordia cum maritis, et eorum savitiam timent, si extra culpam sint, debent, si sint in monasteriis, tolerari; in posterum vero huiusmodi mulieres non possunt recipi etiam cum licentia episcopi.—48. Mulier, quæ in suspitionem venit marito, et timet ob id, ne ab eo ipsi vis aliqua inferatur, permitti debet, ut possit ingredi monasterium monialium, dummodo constitutiones monasterii non repugnent, et accedat consensus superiorum, abbatissæ, et monialium, etc.—49. Viduæ, quæ honestatis causa se in monasteria monialium contulerunt, dummodo sint bonæ existimationis et famæ, tolerari debent, quatenus legibus monialium pareant; de cætero tamen non sint recipiendæ, nisi moniales fieri vellent.—50. Famulæ, seu ancillæ sæculares de licentia superiorum possunt introduci in monasterium monialium causa inserviendi

domesticis servitiis, et infirmis monialibus, si deficiant conversæ.—51. Extra tamen casum dietæ, et similis necessitatis non possunt introduci cum sola licentia ordinarii; sicuti nec possunt introduci pro servitio alicujus monialis particularis, aut alicujus puellæ educandæ cum sola licentia ordinarii; Imo etiam Sedes Apostolica regulariter hanc licentiam denegat.—52. Puella, vel vidua, quæ temere ingreditur ad suscipiendum habitum, et abbatissa recipiens, incidunt in censuras: hæcque debet graviter puniri, illa expelli.—53. Cogere puellas ad ingressum monasterii causa solius educationis, si coactio est illata puellis a non habentibus in illas potestatem dominativam, est peccatum mortale: Si coactio sit illata a parentibus, vel tutoribus, et puellæ sint impuberes, nullum est peccatum; Si autem sint puberes, talis coactio censetur peccaminosa.—54. Cogentes coactione peccaminosa puellas puberes ad ingrediendum monasterium, probabiliter incurunt excommunicationem latam a Tridentino, etiamsi non intendant illas ingredi ad habitum religionis sumendum, aut profitendum, sed solum educationis gratia.—55. Id tamen limitant varii, quando talis coactio est in ordine ad indendum habitum, et ad profitendum; secus vero si sit solum in ordine ad educationem.—56. Ordinationes, et declarationes ordinario directæ pro monasteriis, servari debent etiam in monasteriis subjectis regularibus.—57. Secus si ordinationes tam pro monachandis, quam pro educandis factæ fuerint ab ipso ordinario.—58. Nisi ea, quæ respiciunt clausuram, et ad illam accessum, vel ingressum.—59. Puellæ manentes in monasteriis exemptis non subjacent episcopo, nisi in casibus in quibus ipsi subduntur moniales exemptæ.—60. Si aliqua educanda agrotet, cum periculo vite, et testari velit, debet concedi licentia notario cum testibus ingrediendi clausuram.—61. Educanda si moreretur in monasterio exempto nulla electa sepultura, ubi esset sepelienda? ad n. 62.—63. Quod dicitur de educandis, id ipsum dicendum est, servata proportionem, de tumulatione mulierum sæcularium in monasterio monialium legitima facultate commemorantium, et inibi decedentium.—64. Puella, ut legitime recipiatur ad habitum religionis, requiritur consensus superioris, et monialium per secreta suffragia.—65. Qui consensus monialium debet esse majoris partis.—66. Puella ad habitum Religionis recipienda, est ab episcopo, vel ejus deputato exploranda, an seducta sit, an sciat quid agat, et huiusmodi.—67. Et hoc etiam in monasteriis regularibus subjectis, in quibus nec potest ad habitum admitti sine prævia licentia episcopi in scriptis.—68. Unde potest episcopus sub censuris præcipere monialibus etiam exemptis, et earum superioribus, ne recipiant puellas ad habitum, nec ad professionem, nisi prius sit ipse certioratus.—69. Hanc voluntatis puellæ explorationem non debet episcopus differre ultra 15 dies, alias superiores exempti, 15 diebus elapsis, possunt, eo inconsulto, ad receptionem et admissionem procedere.—70. Defectus explorationis voluntatis non irritat receptionem et admissionem.—71. Puella ad habitum recipienda, debet prius per decem dies continuos spiritualibus exercitiis operam dare.—72. Puellæ non possunt admitti ad habitum religionis, nisi habeant 15 annos completos.—73. Antequam puella habitu religioso induatur, debet esse sacramento confirmationis munita.—74. Debet ei imponi nomen sanctæ, non gentilis femine.—75. Debet ei imponi, ut vocetur titulo sororis, et non dominæ.—76. Novitiæ omnes debent degere sub cura, et regimine magistræ in habitatione particulari.—77. Episcopus præcipere potest monialibus etiam exemptis, etiam regularibus subjectis, ut habeant locum separatam, et commodum pro novitiis, et puellis educandis, et potest prohibere, ne illas extra dictum locum teneant sub

quovis prætextu sub gravibus pœnis, etc. — 78. Prohibitum est puellas ad habitum suscipi in illis monasteriis, quæ non habent locum distinctum, et separatim pro novitiatu. — 79. In habitu sæculari fieri non potest novitiatus. — 80. Tempus, sive annus probationis debet esse continuus, et incipit a die assumptionis habitus, et non a die acceptationis monialium. — 81. Alimenta pro anno novitiatus debentur etiam a numerariis; nisi sacra congregatio det licentiam investiendi dotem pro novitia, quæ illam solvere nequit. — 82. Ordinarius nullo pacto compellere potest moniales ad acceptandum puellas neque ad habitum, neque ad professionem, licet haberent licentiam Sedis Apostolicæ. — 83. Novitia infirma morbo contumaci remittitur curanda domum. — 84. Eo pacto, ut reversa recipiat novitiatum a capite. — 85. Sed, si novitiatus annus expleverat, posteaque ex causa supradicta de consensu monialium et superioris exit, potest, cum redit, admitti sine novo novitiatu. — 86. Novitia, quæ exit ab uno monasterio ad profitendum in alio, debet reincipere novitiatum a capite. — 87. Novitia debet per annum cum habitu regulari permanere, alias professio erit irrita. — 88. Annus probationis debet esse completus de momento ad momentum; alias professio est nulla. — 89. Novitia non potest professionem emittere ante annum decimum sextum completum, alias professio antea facta est nulla. — 90. Anni 16 ad professionem requisiti debent esse completi de momento ad momentum, alias professio est nulla. — 91. Ætas autem incipit a die natiuitatis, et non a die baptismi. — 92. Novitia ante professionem debet explorari quoad ejus voluntatem ab episcopo, seu ejus deputato. — 93. Et hoc etiam in monasteriis regularibus subjectis. — 94. Episcopus, postquam fuit monitus, non debet differre explorationem voluntatis novitiæ ultra 15 dies, alias superiores exempti, ipsis 15 diebus lapsis, possunt procedere ad admissionem professionis. — 95. Defectus hujus explorationis non annullat professionem. — 96. Novitiæ in articulo mortis constitutæ, etiam anno novitiatus non completo, possunt professionem emittere, dummodo sint in ætate legitima. — 97. Si tamen hujusmodi novitiæ convalescerint, tenentur iterum profiteri. — 98. Talis autem professio emissa a novitia in articulo mortis, anno novitiatus nondum completo, non suffragatur, nisi quoad acquisitionem indulgentiarum favore profitentis, non autem quoad acquisitionem dotis favore monasterii. — 99. Si autem talis professio in articulo mortis sit emissa in manibus abbatissæ, anno probationis jam integre completo, tunc dos acquiritur monasterio, licet professio emissa fuerit in scio ordinario. — 100. Aliqui vero tenent, quod professio emissa post annum probationis a puella phthisica, seu hectica non prosit monasterio quoad acquisitionem honorum. — 101. Professio monialium in manu ordinarii principaliter, non autem abbatissæ fieri debet. — 102. Tamen, si fiat in manu superiorissæ de consensu majoris partis capituli,

(1. Puellæ educationis gratia recipi possunt in monasteriis monialium, ut pluries decrevit sac. congreg. Episcop. et Regul. et signanter in *Hieracensi* 31 Augusti 1573, ubi illius episcopo rescripsit expresse quod « nullo concilii decreto prohibetur, quominus puellæ in monasteriis monialium educantur; » et patet ex quotidiana praxi ejusdem sac. congreg. concedentis in dies facultates pro puellis inibi educandis.

(2. Plures tamen requiruntur conditiones, ut puellæ inibi educandæ recipiantur: prima conditio igitur est, quod monasterium ad educationem puellas recipere consueverit,

est valida. — 103. Adducitur, et solvitur instantia. — 104. Episcopo, vel alio prelato, seu superiore jubente recipi novitiam ad professionem, contradicente majori parte monialium, non debet admitti. — 105. Et si ordinarius ad id eas compelleret, possunt ad superiorem appellare. — 106. Et si superior de se cum minori parte, reclamante majori parte monialium, novitiam ad professionem admitteret, professio esset nulla. — 107. Moniales nullo modo per juramentum, vel censuras cogendæ sunt ab ordinario ad exprimentam causam, cur aliquam novitiam a professione rejiciant: sed, si secreto interrogate idoneam repulsionis causam non afferant, et in sua contumacia perseverent, ordinarius debet facere certiore sacram congreg. ut de opportuno remedio provideat. — 108. Quæ solet jubere iterum convocari capitulum: dummodo monialibus pro extorquendis votis vis non inferatur. — 109. Rejicere autem a professione novitiam non possunt moniales sine justa causa, alias graviter peccant. — 110. Abbatissa seu superiorissa in monasteriis non exemptis tenentur ante mensem certiore facere episcopum professionis a novitia emittendæ, alias potest suspendi arbitrio episcopi. — 111. In monasteriis vero exemptis tenentur ipsum certiore facere solum ante quindecim dies, quibus elapsis, nequit episcopus amplius se ingerere, et superiores exempti possunt sine alio ad admissionem professionis procedere. — 112. Secunda soror in loco numerario admitti potest sine licentia sacre congregationis. — 113. Tertia tamen soror recipi non potest in eodem monasterio, licet regularibus subjecto sine licentia sacre congregationis. — 114. Tertia soror vocem activam, et passivam non habet, nisi post mortem alterius ex primis. — 115. Potest tamen tertia soror habere alia officia, quæ dantur extra capitulum sine suffragiis monialium. — 116. Tertia, et quarta soror habent præcedentiam a die professionis, sicut alie. — 117. Sæpius tertiis sororibus solent voces concedi ex gratia, maxime ubi magnus est numerus monialium. — 118. Monialis supernumeraria non potest admitti sine licentia sacre congregationis. — 119. Monialis supernumeraria remanet semper supernumeraria. — 120. Excommunicantur omnes, qui quomodocumque virginem, vel viduam, vel aliam mulierem coegerint invitam ad ingrediendum monasterium, vel habitum suscipiendum Religionis, vel ad professionem emittendam. — 121. Item ii, qui consilium, auxilium, favorem dederint, quique scientes eam non sponte facere, quomodocumque eidem acui, vel presentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. — 122. Non excommunicantur ii qui per vim inducivam, non coactivam, coegerint virginem monasterium ingredi. — 123. Excommunicantur et ii qui sanctas virgines, vel alias mulieres veli accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo sine justa causa impederint. — 124. Alia ad rem ad n. 140. — 141. Subnectuntur *Addita ex aliena manu*, ad num. 157.

ut pluries decrevit sac. congreg. Episcop. et Regul., et signanter in *Parmen.* 7 Octobr. 1603, et in *Derton.* 27 Maii 1607. (3. Monasterium autem dicitur solitum puellas ad educationem recipere, quando alias in educationem tenuit, licet forte modo nullam educandam habeat. Sac. congreg. Episcop. et Regul. in *Eugubina* 18 Martii 1603. (4. Non possunt tamen recipi educandæ in monasteriis convertitarum, ut expresse prohibuit sacra congreg. Episc. et Regul. 12 Maii 1619. (5. Neque in illis monasteriis, in quibus viget prohibitio admittendi puellas ad habitum, quia inibi censetur

etiam prohibitum eas admittere ad educationem, ut respondit sac. congreg. Episc. et Regul. in *Camerin.* 28 Martii 1588, et in *Neapolitana* 30 Sept. 1695.

(6. Secunda conditio est, quod puellæ intra monasterium habitent in loco separato, tam a dormitorio monialium, et novitarum, quam a loco, in quo ipsæ moniales solent vacare operibus manualibus, et hoc est adeo necessarium, ut monasteria non habentia loca propria destinata ad usum puellarum ibi educandarum, non possint hujusmodi puellas recipere in educationem, ut pluries decrevit sac. congreg. Episc. et Regul., et signanter in *Novarien.* 2 Junii 1595, in *Dertonen.* 27 Maii 1607; in *S. Severin.* 13 Januarii 1615; in *Campan.* 7 Junii 1619; in *Neapolitana* 11 Dec. 1648. (7. Unde ad hoc jubetur monasterium visitari. Ead. sac. congreg. Episc. in *Lauretana* 16 Augusti 1602.

(8. Tertia conditio est, quod puellæ educandæ non recipiantur in monasteriis, nisi de expressa licentia sacre congreg. ut pluries decrevit eadem sac. congreg. Episcop., et signanter in *Hieracen.* 31 Augusti 1575; in *Viterb.* 17 Aprilis 1602; in *Volaterrana* 1 Septembris 1603. (9. Et hoc sub pœna violatæ clausuræ. Ead. sac. congreg. Episcop. et Regul. in *Neapolitana* 7 Febr. 1647, et 1 Julii 1650. Unde, si reperiretur alicubi introducta aliqua puella educationis gratia absque licentia sacre congregationis, superior, aut episcopus, qui id permisit, esset incursus excommunicationem, prout archiepiscopus Pragensem monuit sac. congreg. Episc. et Regul. 9 Augusti 1594, apud Monacell. in *Formul. legal.*, part. 1, tit. 11, formul. 11, n. 17. (10. Licentia recipiendi in educationem non conceditur monialibus particularibus, sed solum monasterio in communi. Ead. sac. congreg. Episc. et Regul. in *Casalen.* 18 Novemb. 1611, et in *Placentina* 23 Febr. 1614. (11. Ordinarius non potest hujusmodi licentiam concedere. Ead. sac. congreg. in *Auximana* 13 Novembr. 1589, et in *Aslensi* 18 Decembr. ejusdem anni. (12. Non obstante contraria consuetudine. Ead. sac. congreg. Episcop. in *Lauden.* 20 Novembris 1626. (13. Obtenta licentia sacre congreg. Episcop. et Regul. presentanda est ei cui directæ fuerit, nec non in propria cancellariæ registris recondenda, alias invalida redderetur, ut declaravit ead. sac. congreg. Episcop. et Regul. in *Dertonen.* 27 Maii 1607. (14. In monasteriis regularibus subjectis, obtenta licentia sacre congreg. recipi, et admitti possunt educandæ absque consensu episcopi, et sola licentia superioris regularis sac. congreg. Episcop. et Regul. in *Cremone.* *Terra Soncini* 1 Septemb. 1690, licet aliquando sacra congregatio etiam in monasteriis regularibus subjectis executionem licentiæ episcopo soleat committere. Sic expresse habetur apud Monacell., part. 1, tit. 11, form. 11, n. 16, quæ licentiæ executio, si expresse sit commissa episcopo, est ei pro executione presentanda, juxta decretum n. antecedenti relatum. Atque hic occurrunt attendenda sequentia, cum archi-

episcopus Taurinensis contenderet, sine sui particulari et expressa facultate non licere monialibus exemptis Savilianis, et curæ regul. observant. subjectis, cogere capitulum pro admittenda ad habitum, vel professionem aliqua adolescentula, acta fuit causa coram Congr. Episcoporum. et Regul. a qua emanavit sequens

DECRETUM.

« Sacra congreg. eminentiss. et reverendiss. S. R. E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regular. præposita, mature perpensis omnibus rationibus allatis, referente eminentiss. cardinal. Gotti Ponente, censuit rescribendum, prout præsentis decreti tenore benigne rescripsit; pro convocazione capituli ad effectum acceptandi educandas in monasteriis exemptis, non requiri licentiam archiepiscopi, sed abbatissam teneri eidem transmittere copiam authenticam resolutionis dicti capituli ad effectum judicandi de ejusdem validitate.

« Datum Romæ 1 Decemb. 1741.

« I. card. FIRRAO.

« C., archiepiscopus Damiatæ, secret. »

(15. Quarta conditio est, quod puellæ recipiantur de consensu superioris, et monialium per secreta suffragia. Sac. congreg. Episc. et Regul. in *Derton.* 27 Maii 1607, et in *Ameilie*, 4 Januar. 1608. (16. Qui consensus monialium debet esse majoris partis, non obstante contrario abusu. Ead. sac. congreg. Episcop. in *Assisien.* 29 April. 1603; in *Cammarinen.* 4 Januar. 1608; in *Arebaten.* 30 Sept. 1616. (17. Dum superior regularis recipit monialium suffragia pro admittenda educanda in monasteriis sibi subjectis, cum eo non assistit vicarius generalis, nec alius ab eodem, seu ab episcopo deputatus, prout sac. congreg. Episcop. rescripsit episcopo Cremonen. ut infra:

« Riferito in sacra Congr. dal cardinal Carraffa quanto V. S. ha rappresentato con sua lettera in ordine al dubbio proposto dal prior del convento dell' ordine de' Predicatori di Soncino di coesta diocesi, se nell' accettazione dell' educande nel monasterio delle monache di S. Paolo di detto luogo soggette al suo ordine possa intervenire alla pallottazione, che si fa dalle monache, il suo vicario generale, o altra persona da deputarsi da lei; questi eminentissimi miei signori hanno risoluto, che non abbia potuto, nè possa intervenire. Glielo significo, ed il signor Iddio la prosperi. Roma, 13 Settembre 1690. » Ex registro autographo sac. congreg.

Et jam in *una Comensi Dominicanorum* 14 Martii 1652, ead. sac. congreg. Episcop. et Regul. decreverat quod « Serutinium et consensus capitularis dependet a monialium arbitrio, nec ad hoc eget licentia ordinarii, » apud Nicol. in *Flosculis*, verb. *Educatio*, n. 10.

(18. Quinta conditio est, quod puellæ non sint supra numerum monasterii præfixum. Ead. sac. congreg. Episc. et Regul. in *Derton.*

27 Maii 1607. (19. Non est tamen prohibitum, quod in eod. monasterio recipiantur educandæ plures sorores, quam duæ. Sac. cong. Episc. et Regul. in *Iserniensi* 11 Januarii 1622, et in *Panormitana* 6 Maii 1622. (20. Numerus educandarum ita præfigi debet, ut quælibet suum lectum separatim habeat. Ead. sac. cong. Episc. in *Comen.* 16 Martii 1593.

(21. Sexta conditio est, quod puella educanda recipiatur sola sine ancilla. Sac. cong. Episc. et Regul. in *Neapolitana* 12 Martii 1619, apud Barbosam, *Juris eccles. univers.*, cap. 41, n. 53, ubi refert, quod Chrysostoma Caracciola in monasterio Domnæ Reginæ educationis causa degens, ancillam ad ejus servitium introducendam petiit a sacra congregatione sibi concedi. Et sacra congregatio respondit, « quod non datur ancilla pro educandis, » et sic jam decreverat in *Hieracensi* 31 Augusti 1575.

(22. Septima conditio est, quod puellæ educandæ utantur vestitu, qui virginali modestiæ, et pudicitie convenit, ut sæpius decrevit ead. sac. cong. Episc. et Regul., et signanter in *d. Hieracensi* 31 Augusti 1575, et in *Dertonensi* 27 Maii 1607. Unde S. Carolus Borromæus, in suis *Constitutionibus synodalibus*, lib. vi, § *De puellis secularibus*, n. 4, expresse statuit, « quod dictæ puellæ nigri tantummodo, aut fusci, aut albi coloris vestes, non sericas adhibeant, et nullo prætextu exquisito utantur ornatu, nec concinnatæ incedant, inaures, neque monilia, aut ejus generis inanes delicias ferant. »

(23. Octava conditio est, quod puella educanda septimum expleverit annum, nec sit major viginti quinque annis. Sac. cong. Episc. et Regul., in *d. Dertonensi* 27 Maii 1607. (24. Puellæ enim, quæ compleverunt 25 annum debent a clausura dimitti. Ead. sac. cong. in *Dertonensi*, et in *Panormitana* 19 Octobris 1582. (25. Nisi prorogationem obtineant a sacra congregatione. Ead. sac. cong. in *Ariminen.* 14 Januar. 1630. (26. Si autem aliqua completis annis 25 sine obtenta prorogatione, non statim egrediatur, non afficitur excommunicatione, sicuti nec abbatissa, vel priorissa monialium illam retinentes, quia non est illicite ingressa, nec sacra congregatio talem excommunicationem imposuit; debet tamen in illo casu ordinarius præfigere ei terminum ad eligendum egressum de monasterio, vel ad habitum regularem suscipiendum, ut declarasse sacram congregationem testantur Franciscus Leo, in *Thesaur. for. ecclesiast.*, p. xii, c. 16, n. 54; Barbosa, *De offic. et potest. episc.*, p. iii, alleg. 102, n. 64; Campanil., in *Divers. jur. canon.*, rubr. 12, c. 16, num. 26; Tamburin., *De jur. abbatissar.*, disp. 1, quæst. 2, num. 11, et alii plures.

(27. Nona conditio est, quod puellæ sic introductæ, e monasterio non egrediuntur, sed ad clausuram ad instar monialium teneantur, et semel egressæ, ad illud monasterium redire non permittantur absque sacra cong. licentia cum egressu hujusmodi expressione nisi habitum regularem susci-

piendi animo essent reversuræ, ut expresse decrevit sac. cong. Episc. et Regul. in *d. Dertonensi* 27 Maii 1607. (28. Ipsæ tamen puellæ egrediendo absque superioris licentia non incurrunt excommunicationem violatæ clausuræ. Ita Lugo, et Giballinus relati, et secuti a D. Cajetano de Alexandris, in *Confessario monialium*, c. 7, § 8, q. 5; Pellizarius, *De monialibus*, c. 3, sect. 4, q. 9, n. 187, et alii, qui tamen debent intelligi de excommunicatione Papali; secus de imposita ab episcopo, in quam profecto incidunt, si exeant absque licentia; in hoc sensu, ut advertit Clericatus *De sacram. eucharist.*, decis. 18, n. 25, et D. Cajetanus de Alexandris, *l. c.*, intelligendi sunt Pollaceus, et Tamburin., *l. c.*, n. 14, dicentes præfatas puellas egredientes sine licentia e monasterio incurrere excommunicationem, etiamsi exeant animo non amplius revertendi: et ratio nostræ conclusionis est, quia jura indieentia clausuram sub excommunicatione loquuntur solum de monialibus tacite, aut expresse professis, adeo ut Navarr., Azorius, Zerola, Sanchez et alii, quos citat et sequitur Tamburin., ipse d. 18, q. 6, n. 1, dicunt quod talem excommunicationem non incurrunt novitiæ egredientes e monasterio sine licentia superioris, ergo a fortiori eam non incurrunt puellæ educandæ; ubi enim agitur de obligatione imponenda, stricta debet fieri interpretatio, c. 1, *De jurejur.*, in 6, c. *Odia* 16, et c. *In penis* 49, *De reg. juris* in 6.

(29. Decima conditio est, quod quolibet semestri pro dictis puellis alimenta in pecunia anticipata solvantur; imo pro tali solutione debet idoneus fidejussor constitui; nec permittendum est, quod parentes earum ipsi transmittant victum dietim. Sac. cong. Episc. et Regul. in *d. Dertonensi* 27 Maii 1607.

(30. Educandæ matrimonium contrahere volentes desponsari debent extra clausuram, in eam amplius non redituræ sine licentia Sanctæ Sedis. Sac. cong. Episc. et Regul. in *Catanzaren.* 15 Febr. 1595. (31. Imo ordinarius, habita notitia, quod educandæ contraxerint sponsalia, debet eas a clausura dimittere. Ead. sac. cong. Episc. in *Placentina* 13 Jan. 1634, et in *Consentina* 9 Nov. 1635. (32. Si sponsam de licentia sacra congregationis in clausura degentem sponsus visitet absque ejusdem sacra congregationis facultate, quæ raro conceditur, et multo magis, si præfatus sponsus circa monasterium cantet, vel sonet, ipsa sponsa debet a clausura dimitti. Eadem sac. cong. Episc. in *Neapolitana* 25 Febr. 1596, et 25 April. 1627; in *Papien.* 15 Decemb. 1604, in *Placentina* 27 Martii 1630. (33. Abbatissa, quæ sponsalium instrumentum cum educanda fieri permittit ad crates, deponitur ab officio, voceque activa, et passiva privatur. Eadem sacra congreg. Episc. in *Assisien.* 20 Sept. 1599.

(34. Educandis nubere volentibus liber exitus permitti debet. Ead. sac. cong. Episc. in *Bononien.* 29 Novembr. 1600. (35. Ordinarius non debet absque causa re-

levanti præcipere educandæ, ne contrahat matrimonium sine sua licentia. Ead. sac. cong. Episc. in *Neapolitana* 15 Apr. 1633. (36. Matrimonium contractum a puella educanda ad crates monasterii coram testibus, et parcho ecclesiæ parochialis, intra cujus limites situm est monasterium, validum est, etiamsi parochus fuerit alio prætextu vocatus, nisi aliud obstet. Sac. congreg. Concilii in *Turrilana* 19 Decembr. 1648, lib. xviii Decret., pag. 563.

(37. Educandæ dimitti debent, si sine facultate speciali receptæ sint ante septimum annum completum, vel si compleverunt annum 25, ut sæpius decrevit sac. congregat. Episc. et Regul., et signanter in *Dertonen.* 27 Maii 1607, et in *Campanien.* 11 Decemb. 1648. (38. Neque in hoc dispensare possunt ordinarii, quia inferior (uti est ordinarius respectu sacrae congreg.) nullam habet potestatem in legem superioris; cap. *inferior* 4, distinct. 21, cap. *Cum inferior* 16, *De majorit. et obedient.*, et Clementin. *Ne Romani*, *De election.* (39. Item dimitti debent educandæ, quæ non solvunt alimenta. Ead. sacra cong. Episc. in *Campanien.* 11 Dec. 1648. (40. Item dimitti debent, si detegantur energumænæ. Eadem sac. cong. Episc. in *Ferrarien.* 12 Jan. 1612. (41. Item dimitti debent, si detegantur gravidæ, et multo magis si pariant. Ead. sac. cong. Episc. in *Mediolan.* 10 Februarii 1631.

(42. Puellæ quæ compleverunt annum 25 nequeunt recipi educandæ in monasteriis monialium, ut sæpius decrevit sac. congreg. Episc. et Regul., et signanter in *Ferrarien.* 3 Julii 1593; in *Foresenpron.* 20 Septemb. 1604; in *Derton.* 27 Maii 1607. (43. Nisi raro ad annum propter causas urgentes, et de licentia sacrae congregat. Ead. sac. cong. Episc. in *Ariminen.* 14 Octob. 1598. (44. Modo ultra alimenta donent aliquid monasterio. Ead. sacra cong. in *Parmen.* 17 Apr. 1602. (45. Nisi quando recipiuntur ad probandum institutum. Ead. sac. cong. in *Brixien.* 4 Mart. 1603.

(46. Mulieres nuptæ nequeunt recipi in monasteriis monialium de licentia ordinarii: imo sacra congregatio rejecit petitionem cujusdam comitissæ, quæ, propter quamdam infirmitatem, a suo marito separari cupiebat, et cum tribus filiabus ingredi quoddam monasterium monialium; sic referunt Barbosa, *De offic. et potest. episc.*, p. iii, allegat. 102, n. 66; Miranda, *De sacris monialibus*, q. 2, art. 6, conclus. unic., Tamburin., *De jure abbatissar.*, disp. 24, q. 14, n. 1, et alii. (47. Illæ autem, quæ sunt in discordia cum maritis, et eorum sævitiam timent, si extra cul-pam sint, debent, si sint in monasteriis, tolerari; in posterum vero hujusmodi mulieres non possunt recipi etiam cum licentia episcopi. Ita referunt decisum Campanil., in *Diver. juris canon.*, rubr. 12, c. 16, n. 30; Zerola, in *Praxi episc.*, p. 1, verb. *Monialis*, § 12; Tamburin., *l. c.*, n. 1; Bonacina, *De clausura*, quæst. 4, punct. 3, n. 17; Barbosa, allegat. 102, n. 60, et alii.

(48. Mulieri, quæ in suspicionem venit

marito, et timet ob id, ne ab eo ipsi vis aliqua inferatur, permitti debet, ut possit ingredi monasterium monialium, dummodo constitutiones monasterii non repugnent, et accedat consensus superiorum, abbatis-sæ et monialium; et cessante causa ingressus, debet inde exire, et, si semel exierit, nunquam postea poterit in idem monasterium ingredi. Dum autem non exit, et moratur intra claustra, tenetur, sicuti et aliæ moniales, ad clausuram, et stare sine ancillis, et servare alias conditiones supra adductas pro educandis. Sic decisum fuisse referunt Campanil., *loc. cit.*, n. 31; Zerola, *loc. cit.*, § 12; Tamb., *loc. cit.*, n. 2; Barbosa, *loc. cit.*, num. 66; Joan. de la Cruz, *De stat. rel.*, l. 1, c. 5, dub. 2, concl. 3, et alii.

(49. Viduæ, quæ honestatis causa se in monasteria monialium contulerunt, dummodo sint bonæ existimationis et famæ, tolerari debent, quatenus legibus monialium pareant; de cætero tamen non sunt recipiendæ, nisi moniales fieri vellent. Sic decisum fuisse a sacra congregatione referunt Miranda, *l. c.*, art. 6, conclus. unic.; Homobonus de Bonis, in *Examin. ecclesiast.*, tract. 9, quæst. 32. Campanil., *l. c.*, n. 30 et 31; Lezana, in *Summa qq. reg.*, c. 25, n. 28 et 30; Tamb., *l. c.*, n. 3; Navar., in *Lucerna regul.*, verb. *Educatio*, n. 13; Barbosa, cit. allegat. 102, n. 67, resolventes nec posse episcopum dare licentiam viduæ ingredi volenti, atque in habitu laicali permanere, etiamsi toto tempore vitæ suæ illic degeret, nec amplius inde exire vellet, quia in istis nulla adest necessitas.

(50. Famulæ, seu ancillæ sæculares de licentia superiorum possunt introduci in monasteriis monialium causa inserviendi domesticis servitiis, et infirmis monialibus, si deficient conversæ, aut sint infirmæ, dummodo sint morigeratæ, et sint in obsequium totius monasterii, seu omnium monialium, et a monasterio non egrediuntur, quamvis adesset consuetudo exeundi pro libito suo. Sic decrevisse sacram congregationem cardinalium in *una Abulensi* referunt Barbosa, cit. allegat. 102, n. 60; Tamburin., disp. 24, q. 16, n. 3. Qui insuper referunt sic concessisse Paulum III de anno 1536 et S. Pium V, 27 Septemb. 1569, ad petitionem commissarii Fratrum Minorum de observantia in Curia Romana tunc existentis. (51. Extra tamen casum dictæ et similis necessitatis, non possunt introduci pro servitio alicujus monialis particularis, aut alicujus puellæ educandæ cum sola licentia ordinarii. Imo etiam Sedes Apostolica regulariter hanc licentiam denegat, ut in *Neapolitana* 12 Augusti 1585, et 12 Martii 1619; in *Parmen.* 22 Januarii 1601; in *Panormit.* 27 Julii 1604; in *Compostellana* 5 Septemb. 1605, et sæpe alibi, ut videre est in decretis allatis a Nicolio in *Flosculis*, verb. *Ancilla*.

(52. Puella, vel vidua, quæ temere ingreditur ad suscipiendum habitum, et abbatissa recipiens incidunt in censuras, hæcque debet graviter puniri, illa expelli, nec amplius